

SACRO ANTISTITI G<sup>V</sup>ILLERMO BRI  
CONNETO EPISCOPO LODOVENSI IA  
COBV<sup>S</sup> FABER

S.

**T**vniversa numerorum congeries/in pa  
rem d<sup>v</sup>ducitur et imparem/adeo vt nichil  
numer<sup>i</sup> reperiendū sit/quod par non sit  
aut impar/licet imparis diuinior natura:  
ita vniversa mortalium vita/in negociu<sup>m</sup> secta est &  
ociu<sup>m</sup>/in actionem et cōtemplationem/sed cōtempla  
tio diuinior. Cui setētie Socrates/Plato/Aristoteles  
accedūt: apud quos negocium propter ociu<sup>m</sup>/et actio  
cōtemplationem finem habet/eam presertim que ad  
sapientiā pertinens/mētes ad deum sustollit. Qua  
re cum is sit optimus vite nostre finis/deū scilicet co  
gnoscere & ad ipsū pansi<sup>s</sup>(vt aiunt) velis cōtendere/  
totoq<sup>z</sup> currere affectu:ratus sū pietati mētis tue/rem  
haud ingratā me facturum/si duo opuscula Mercu  
rij Trismegisti / vetustissimi quidē Theologi/vnū de  
sapientia et potestate dei qui & PIMANDER/alte  
rū de volūtate diuia/cui nomē ASCLEPIVS/reco  
gnoscerem/& aliquātulū lucis argumenta afferrēt.  
recognita autē et hunc in modum iuta tibi offerrē.  
vt si quādo ex negocio ad ociu<sup>m</sup> respires/ut ex nocte  
ad oculis amicam claritatem:generosa mēs actione  
defessa/parumper quietam cōtemplationē offendēs/  
diuine meditatiōis pabulum decerpas. Ceterum Pi  
mando & Asclepio CRATER HERmetis/non ve  
tus/sed presentaneum/pium tamē opus adiūgitur.  
quod eo libentius a me factū duces:q<sup>z</sup> cognolcā te/  
nulla vnq<sup>z</sup> rerum diuinarum faciēte teneri. Vale  
presidium nostrum/presulūm<sup>z</sup> decus.